

(11)
37

SANCTISSIME PATER:

Infra signantes, sacerdotes saeculares,
ex Dioecesi Victoriensi, ex Vasconum Gente, ad pedes Sanc-
titatis Vestrae humilime provoluti dicunt:

Vasconum Gens, divina Providentia sic
permittente, undecim mensibus tragediem belli fortiter sus-
tinuit, spiritus christiani magnifica indicia, fidelium
turbis immo et Auctoritatibus civilibus proestantibus.

Catholici praesertim homines, politicae
rectores, enixe pro ecclesiarum et adversariorum politico-
rum in columitate tuenda operam dederunt. In hoc officio cha-
ritatis fungendo Clerici non exiguum partem asumpserunt,
odia sedando, occultos protegendo, carceribus visitandis, ac
speciali fraternitatis amore sacerdotibus ex Dioecesi San-
tanderensi et Ovetensi sua egestate necessaria ad vitam
deferendo.

Cultus nunquam cessavit in locis sacris.
In vicinioribus operationi militari paraeciis christiana
fortitudinis et verae fidei exempla non raro visa sunt,
quando bombis circa templo ipsa eclatantibus, fideles Mis-
sae et vespertinis solemnitatibus religiosis sisterent.

Notandus zelus animarum quo juvenes Ca-
pellani pro militibus in suis officiis spiritualibus assi-
tendis in Domino agebant. Morientibus in bello postrema
auxilia et solatum, infirmis et feritis sacramenta et ins-
tructiones in hospitalibus ministrando.

Sacerdotes in dictione Vasconum Gubernii
positi in suis ministeriis sacris, scilicet, concionibus,

publicis, precibus, nullum passionibus politicis locum dederunt. Pro pace instanter et publice rogationes habuerunt, charitatem in alios, inimicis non exceptis, praedicarunt atque exercuerent.

Propriam incolumitatem servaturi, dignitatem et libertatem ecclesiasticam procurantes, simul ad ducentis (200.000) millibus ipsorum civibus et fidelibus, exilio apud nationes exteriores sese commendarunt.

Ecclesiarum Praesules harum nationum in suis

Diaecesisibus benigne eos receperunt in Domino.

Immo et proprius Ordinarius, Episcopus Victoriensis, Romae commorans, litteras commendatitias et solatum eorum cordibus dedit. Ipse apud Vestram Sanctitatem, verbis et scriptis pro ipsis interfuit, et suam pastoralem Benedictionem et approbationem eorum agendi modo, ante et bello durante, impertivit.

Praesertim memoriam fratrum, sacerdotum e Vasconum Gente, a militaribus sub dictione Generalis Franco violenter interfectorum pro viribus defendit.

Attamen, notitia ad sacerdotes infra signantes pervenit pluries apud Superiores Ecclesiasticos famam advenisse circa suspectas sacerdotum e Vasconum Gente agendi rationes. Immo non defuisse qui tales species Vestrae Sanctitatis Vestrae apud Gubernium vulgo "de Burgos" appellatum, sacerdotes vascos -ut dicitur -vulti rectores et instigatores bellici furoris, (à la tête de la revolte) accusat, eos "Politique d'abord" in suis ministeriis sectasse asserendo.

Infra scripti, coram Deo agentes, conscientiae pace
fruuntur, fidelibus suis semper suo munere sacerdotali
servire procurarunt. A negotiis saecularibus et passioni
bus politicis suam agendi rationem liberam servare volue
runt.

His dictis Sacrarum Scripturarum consilium de "bono
nomine curando" tenentes, Sanctitatem Vestrem humiliter
postulant, pro bona fama sacerdotum in exilio et carce
ribus, immo et violenter interfectorum servanda, ut in
vestigatio circa statuta incchetur, sacerdotibus accusa
tis jure declarandi concessso.

Et Deus...

Mense Januarii, 1938.